ALPHABETVM GRAECVM.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA



LVGDVNI
APVD ANTONIVM
GRYPHIVM,
1567.

Literæ apud Græcos ſunt viginti-
QVATVOR.

*

Α, α	ἄλφα	alpha	a
Β, β, ϐ	βῆτα	vita	b
Γ, γ, ϒ	γάμμα	gamma	g
Δ, δ, ẟ	δέλτα	delta	d
Ε, ε	ἒ ψιλόν	epſilon	e
Ζ, ζ	ζῆτα	zita	z
Η, η	ἦτα	ita	i,longum
Θ, ϑ, θ	θῆτα	thita	th
Ι, ι	ἰῶτα	iota	i
Κ, κ	κάππα	cappa	c
Λ, λ	λάμϐδα	lambda	l
Μ, μ	μῦ	my	m
Ν, ν	νῦ	ny	n
Ξ, ξ	ξῖ	xi	x
Ο, ο	ὀμικρόν	omicron	o,paruum
Π, ϖ, π	πῖ	pi	p
Ρ, ρ	ῥῶ	rho	r
Σ, σ, ς	σῖγμα	ſigma	s
Τ, τ, ꚍ	ταῦ	tau	t
Υ, υ	ὖ ψιλόν	ypſilon	y
Φ, φ	φῖ	phi	ph
Χ, χ	χῖ	chi	ch
Ψ, ψ	ψῖ	pſi	pſ
Ω, ω	ὠμέγα	omega	o,magnum

Diuiduntur hæ vigintiquatuor literæ in Vocales & Conſonantes.

Vocales ſunt ſeptem, α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Conſonantes ſeptendecim, β, γ, δ, ζ. θ, κ, λ, μ, ν, ξ, π, ρ, σ, τ, φ, χ, ψ.

Vocalium aliæ longæ, η, ω. Aliæ breues, ε, ο. Aliæ ancipites, α. ι, υ. Rurſus, aliæ mutabiles, α, ε, ο. Aliæ immutabiles, η, ι, υ, ω. Sunt prætereà aliquæ præpoſitiuæ, α, ε. η, ο, ω. Quædam ſubiunctiuæ, ι, υ.

Ex vocalibus fiunt diphthongi propriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου. Impropriæ, ᾳ, ῃ, ῳ, υι. ηυ, ωυ.

CONSONANTIVM aliquæ ſunt Semiuocales, quædam Mutæ. Semiuocales octo, ζ. ξ, ψ, λ, μ, ν, ρ, σ. Quorum tres duplices, ζ, ξ, ψ. Immutabiles quatuor, λ, μ, ν, ρ. At σ ἄσημον, ſiue monadicum vocatur, hoc eſt, ſui quodammodo iuris.

Mutæ verò aut ſunt Tenues, π, κ, τ. Aut Mediæ, β, γ, δ. Aut Aſpiratæ, φ, χ, θ.

De poteſtate literarum.

Α α facit a, vt ἀγαθὸς agathos, ἀλλὰ alla.
Β β facit v, vt βάρβαρος varuaros, βαβαὶ vauæ.
Γ γ facit g, vt γέγραφα gegrapha.
Δ δ facit d, vt δαίδαλος dædalos.
Ε ε facit e, vt ἐγὼ ego.
Ζ ζ facit z, vt ζάθεος zatheos.
Η η facit i longum, vt φήμη phimi.
Θ θ facit th, vt θάνατος thanatos.
Ι ι facit i, vt ἴακχος iacchos.
Κ κ facit c, vt κόρυδον corydon.
Λ λ faci l, vt λάλος lalos.
Μ μ facit m, vt μορμῶ mormo.
Ν ν facit n, vt ναὶ næ.

Ξ ξ facit x, vt ξανθότριξ xanthotrix.
Ο ο facit o paruum, vt ὀβελίσκος obeliſcos.
Π ϖ facit p, vt πάππα pappa.
Ρ ρ facit r, vt ῥώμη rhomi.
Σ σ facit s, vt σὰρξ ſarx.
Τ τ facit t, vt τάλαντον talanton.
Υ υ facit y, vt ὕμνος hymnos.
Φ φ facit ph, vt φίλος philos.
Χ χ facit ch, vt χριστὸς chriſtos.
Ψ ψ facit pſ, vt ψὶξ pſix, ψὲ pſe.
Ω ω facit o longum, vt ὦκα oca, χιτὼν chiton.

De poteſtate Diphthongorum PROPRIARVM.

ΑΙ αι facit æ, vt αἰγὶς ægis.
ΑΥ αυ facit af medium inter b & f, vt αὐλὴ afli.
ΕΙ ει facit i longum, vt χεὶρ chir, εἰς eis, εἰκὼν icon.
ΕΥ ευ facit ef medium inter b & f, vt εὖγε efge, Θησεὺς Thiſefs.
ΟΙ οι facit i longum, vt οἴμοι imi.
ΟΥ ου facit u vocalem, vt οὐκοῦν oucoun.

De poteſtate Diphthongorum IMPROPRIARVM.

ᾳ cum iota ſubſcripto facit a, vt ᾄδω ado.
ῃ cũ iota ſubſcripto facit i longũ, vt τῇ μούσῃ ti mouſi.
ῳ cum iota ſubſcripto facit o lõgum, vt παλινῳδία palinodia. Veteres verò non ſubſcribebant iota, ſed adſcribebát ſic, τῶι αἰνείαι, to ænia τῆι μούσηι, ti mouſi, τραγωιδίαι, tragœdia, quod in codicibus antiquis licet videre, minore tamen iota.
ΥΙ υι ῃ cum iota adſcripto facit i longũ, vt ἅρπυια harpyia

pyia.

ΗΥ *ηυ* facit iſ medium inter b & v conſonantem, vt *ηὖδα* iſda.

ΩΥ *ωυ* facit of medium inter b& v conſonantem, vt *ωὐτὸς* oſtos pro *αὐτός*.

De Accentibus.

Proſodiæ, id eſt Accentus, pronũciationi mirificè conducũt. Sunt autem apud Græcos numero ſeptem, ex quibus

TONI tres ſunt, nempe Acutus, Grauis, Circunflexus: quibus vocis altitudinem, ſiue, vt Græci vocant, *τόνον*, id eſt, intentionem metimur. Sed intentionis nomine Grammatici etiam quod illi oppoſitum eſt, id eſt æquabilitatẽ & remiſsionẽ vocis, ipſamque adeò circunductionem comprehendunt.

Ex his igitur ACVTVS acuendam & attollendam vocem ſignificat, vocali impoſitus, figura cadentis rectæ lineolæ, ſed ita vt in ſiniſtrum latus vergat, vt *θεός*.

Grauis depreſsionem aut æquabilitatem vocis declarat eadem linea in contrarium latus propendente vt *τιμὴ*.

Circunflexus monet flectendã & circunducendam vocem: quod fit ſi ſenſim attollas, deinde deprimas. Itaq; figurã habet ex Acuto & Graui coniunctis conflatam, hoc modo ^, vel ex inuerſo ^, quæ nota poſtea in iſtam degenerauit ~ vt *ποιῶ*.

TEMPORA ſunt duo, quæ vocalis pronuntiandæ longitudinẽ declarant, vel breuitatem. Ex iis longum porrecta linea ¯, breue quaſi y pſili nota ˘ pingitur.

SPIRITVS duo, ſic appellati quòd ſignificent,

 quæ

quæ vocales in quibus dictionibus naturali ſuo ſpiritu, id eſt, tenui ſint contentæ. item quæ denſiorem ſpiritum extrinſecus aſſumant.

Ex his igitur denſus in maiuſculis literis pingitur H dimidio ͱ, vt Ἅπτομαι: in minoribus, dimidio circulo ʽ, vt ἅπτομαι, ῥήτωρ.

Tenuis ſignatur altero dimidio H, vt Ἀυτὸς: vel hemicyclo ʼ, vt αὐτός.

Loci accentuum.

Nulli olim accentus ſignabantur, ſicut ex vetuſtis codicibus apparet. Nunc autem Acutus ſignatur vel in antepenultima, vt κύριος: vel penultima, vt ἀκούω: vel vltima, vt θεός. vnde factum vt dictiones vocentur à Grãmaticis proparoxytonæ, paroxytonæ, vel oxytonæ, id eſt antepenacutæ, penacutæ, vel acutæ.

Grauem imponi quidem oportuit omnibus ſyllabis quæ neque acuuntur, neque circunflectuntur: ſed ne tanta accentuum multitudo lectionem impediret, vſus obtinuit vt in ſola vltima ſignetur, idque in iis tantùm dictionibus quæ, cùm natura ſint oxytonæ, in contextu orationis ponũtur, vt ἡ ἀρετὴ τὸ θεὸν τέρπει. Ab hoc accentu dictio dicitur βαρυνομένη, id eſt ad verbum, grauata.

Circũflexus inſcribitur vel penultimæ vt βοᾶτε, vel vltimæ vt βοῶ, à quo dictiones vocantur properiſpomenæ, vel periſpomenæ, id eſt, penultima vel vltima circunflexæ.

TEMPORVM nullus eſt vſus in ε & ο, repertis η & ω. In ancipitibus autem α ι υ, negliguntur maximo cum incommodo, inuectis in eorum locum tonis.

SPIRITVS imponuntur Vocalibus omnibus, ſed initio

initio tantùm dictionis. In conſonantibus autem nullus eſt illorum vſus: omnes enim ſuo ſpiritu naturali contentæ ſunt. Excipiuntur tantùm quatuor π κ τ & ρ, quæ denſiore aliquando ſpiritu efferuntur. Sed ex illis tres primæ ſuos habent peculiares characteres. Ipſum autem ρ cùm dictionem inchoat, denſo ſpiritu ſemper ſignatur, vt ῥάπτω: in medio verò non item, vt χρῶμαι, χαρακτήρ. Si tamen geminetur, priori ſpiritus tenuis, poſteriori denſus inſcribi ſolet, vt ἄῤῥην. Dictio igitur dēſo ſpiritu notata, dicitur à Græcis δασυνομένη, id eſt, denſata, cui opponitur ψιλουμένη, id eſt, tenuata.

De cæteris notis, quæ partim inſcribi, partim ſubſcribi, partim adſcribi ſolent.

Pinguntur & aliæ notæ, quorum maximus eſt vſus & neceſſaria cognitio, quamuis inter proſodias non debeant numerari.

Ex iis inſcribuntur duæ, Apoſtrophus & Dialyſis.

Apoſtrophus, id eſt, auerſio, vocalium eliſionem oſtendit: & inſcribitur ad latus literæ eadem forma, qua tenuis ſpiritus: idque plerunque in fine, vt παρ' ἐμοῦ, pro παρὰ ἐμοῦ. interdum in initio, vt ὦ 'γαθὲ pro ὦ ἀγαθέ. & in medio vnius dictionis ex duabus compoſitæ vt τοὔργον, pro τὸ ἔργον. κἀγὼ, pro καὶ ἐγώ. Habet autem hanc vim vt præcedentem conſonantem cui adhæret, ſi tenuis ſit, & proximè conſequatur ſpiritus denſus, mutet in aſpiratam ἀντίστοιχον, vt καθ' ἡμέραν,

 pro

pro κατ' ἡμέραν. Idq́; etiam in duabus conſonantibus coniunctis accidit, vt νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην.

Dialyſis, id eſt, Diſſolutio, duabus vocalibus diſtinctè pronunciandis imponitur, duplici puncto ſignata, vt ἀΐδιος, ἰάκωβος, ἰωάννης, tetraſyllaba: ἰησοῦς triſyllabum.

Svbscribitvr vna, quam ὑφὲν quaſi ſubunionem vocant, quòd duo vocabula ſignificet in vnum coaluiſſe. Pingitúrque duabus in longum porrectis lineolis medio quaſi ypſilo cõiunctis, ‿ vt μεθ‿ἡμέραν, pro μεθ' ἡμέραν.

Adscribvntvr quinque, nempe Subdiſtinctio, quæ ad imũ vltimæ literæ appoſita, declarat nõ tam quieſcendum quàm reſpirandũ. Hac diſtinguuntur orationis cõmata, quæ à Latinis inciſa nominantur. Ea etiam vtimur, ſed vario effectu, intra ipſum vocabulum, vt quum ὅ,τι relatiuum ſcribo ad vitandam homonymiam coniunctionis ὅτι. ,

Punctum mediũ, quo terminãtur orationis membra. Medium autem vocatur, tum quia in media periodo & mediæ literæ præcedenti adſcribitur, tum etiam quòd mediocriter quieſcẽdum eſſe admoneat, nondum ſcilicet perfecto orationis ambitu.

Punctum perfectum, quo terminantur à Græcis & Latinis periodi, vt ſignificetur, perfecta iam ſententia, quieſcendum. .

Interrogatio, id eſt, interrogandi ſignum, quod apud Græcos pingitur tenuis ſpiritus nota puncto ſubſcrita, hoc modo ;

Parẽtheſis, qua aliquid includitur, quod ſalua ſententia poteſt eximi. ( ) Hæc tamen neque in Græcis, neque in Latinis codicibus vetuſtis reperitur.

Comp

Compendia literarum & nexus, partim breuitatis, partim elegantiæ cauſſa reperti.

αι	valet	αι	εἶναι	valet	εἶναι
αν	valet	αν	ἐπὶ	valet	ἐπὶ
ἀπο	valet	ἀπο	ἐστὶ	valet	ἐστὶ
ἀρ	valet	ἀρ	ερ	valet	ερ
αυ	valet	αυ	ἐξ	valet	ἐξ
γὰρ	valet	γὰρ	καὶ	valet	
γαρ	valet	γαρ	καὶ	valet	καὶ
γγ	valet	γγ	κατὰ	valet	
γεν	valet	γεν	κατὰ	valet	κατὰ
γυν	valet	γυν	λλ	valet	λλ
γρ	valet	γρ	λο	valet	λο
δὲ	valet	δὲ	μὲν	valet	μὲν
δι	valet	δι	μὲν	valet	μὲν
δια	valet	δια	μένον	valet	μένον
δυν	valet	δυν	ος	valet	ος
ει	valet	ει	ου	valet	ου
ει	valet	ει	πα	valet	πα
εν	valet	εν	ϖερ	valet	ϖερ

περ	valet	ϖερ
περὶ	valet	ϖερὶ
πλ	valet	ϖλ
ππ	valet	ϖϖ
πρ	valet	ϖρ
πρὸ	valet	ϖρὸ
σα	valet	σα
σθ	valet	σθ
σθαι	valet	σθαι
σο	valet	σο
σπ	valet	σπ
σσ	valet	σσ
στα	valet	στα
σται	valet	σται
στρ	valet	στρ
στω	valet	στω
σὺν	valet	σὺν
σχ	valet	σχ
ται	valet	ται
ται	valet	ται
τὲρ	valet	τὲρ
τὴν	valet	τὴν
τὴν	valet	τὴν
τῆς	valet	τῆς
τῆς	valet	τῆς
το	valet	το
τὸν	valet	τὸν
τοῦ	valet	τοῦ
τοῦ	valet	τοῦ
τοὺς	valet	τοὺς
τοῦτο	valet	τοῦτο
τὲρ	valet	τὲρ
τρ	valet	τρ
ττ	valet	ττ
τῶ	valet	τῶ
τῶν	valet	τῶν
τῶν	valet	τῶν
υι	valet	υι
ὑπ	valet	ὑπ
ὑπὸ	valet	ὑπὸ
φὶ	valet	φὶ
χρ	valet	χρ

ORATIO DOMINICA.

PAter noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen.

Symbolum ſanctorum Apoſtolorum.

Credo in Deum patrẽ omnipotẽtem, factorẽ cœli & terræ. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicũ dominum noſtrũ, Conceptum ex ſpiritu ſancto, Natum ex Maria virgine, Paſſum ſub Pontio Pilato, crucifixum, mortuum, & ſepultum, Deſcendentẽ ad inferos, Tertia die reſurgentem ex mortuis, Aſcendentem in cælos, Sedentẽ in dextera patris omnipotentis, Vnde venturus eſt iudicare viuentes & mortuos.

Credo in ſpiritũ ſanctum, Sanctam eccleſiam catholicam, Sãctorum cõmunionem, Remiſsionẽ peccatorũ, Carnis reſurrectionẽ, Vitam æternam. Amen.

Decem præcepta Dei per Moſem data.

Et locutus eſt Dñs omnes ſermones hos, dicẽs, Ego ſum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de

eixu

οἴκου δουλείας. Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ.

Οὐ ποιήσεις ἑαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν, ὑποκάτω τῆς γῆς. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ζηλωτὴς, ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με, καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων, ἁγιάζειν αὐτήν. Ἓξ ἡμέρας ἐργᾷ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου. τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου. οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον σὺ, καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου, ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου, καὶ ὁ προσήλυτος ὁ παροικῶν ἐν σοί. ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. διὰ τοῦτο ηὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.

Οὐ φονεύσεις.

Οὐ μοιχεύσεις.

Οὐ κλέψεις.

Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε παντὸς σκεύους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σου ἐστί.

domo

domo ſeruitutis. Non erunt tibi dij alieni pręter me.

Non facies tibi idolum, neq; vllius ſimulachrum, quæcũq; in cælo ſurſũ, & quæcũq; in terra deorſum, & quæcũq; in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neq; ſeruies eis. Ego enim ſum Dñs Deus tuus, Deus zelotes, reddens peccata patrũ in filios, in tertiam & quartã generationẽ odio habẽtibus me, & faciẽs miſericordiã in millia diligẽtib⁹ me, & ſeruãtib⁹ pręcepta mea.

Non accipies nomen Dñi Dei tui in vanũ, nõ enim mundabit Dñs accipientem nomen eius in vanum.

Memento diem Sabbatorum, ſanctifica re eum. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: at die ſeptima, Sabbata Domino Deo tuo. Non facies in ea omne opus tu, & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ſerua tua, bos tuus, & ſubiugale tuum, & omne iumentum tuum, & aduena habitans in te. In ſex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis, & requieuit die ſeptima. Propter hoc benedixit Dominus diem ſeptimam, & ſanctificauit eam.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt benè tibi ſit, & vt longæuus ſis ſuper terram bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Non occides.

Non mœchaberis.

Non falsò teſtificaberis contra proximum tuum teſtimoniũ falſum.

Non furaberis.

Non concupiſces vxorem proximi tui, non cõcupiſces domum proximi tui, neq; agrum eius, neq; ſeruum eius, neq; ancillam eius, neq; bouem eius, neq; ſubiugale eius, neque omnem ſupellectilem eius, nequequæcunque proximi tui ſunt.

Numerus Græcorum.

		10	20	30	40	50	60	70	80	90
		ι	κ	λ	μ	ν	ξ	ο	ϖ	ϟ
1	α	ια	κα	λα	μα	να	ξα	οα	ϖα	ϟα
2	β	ιβ	κβ	λβ	μβ	νβ	ξβ	οβ	ϖβ	ϟβ
3	γ	ιγ	κγ	λγ	μγ	νγ	ξγ	ογ	ϖγ	ϟγ
4	δ	ιδ	κδ	λδ	μδ	νδ	ξδ	οδ	ϖδ	ϟδ
5	ε	ιε	κε	λε	με	νε	ξε	οε	ϖε	ϟε
6	ϛ	ιϛ	κϛ	λϛ	μϛ	νϛ	ξϛ	οϛ	ϖϛ	ϟϛ
7	ζ	ιζ	κζ	λζ	μζ	νζ	ξζ	οζ	ϖζ	ϟζ
8	η	ιη	κη	λη	μη	νη	ξη	οη	ϖη	ϟη
9	ϑ	ιϑ	κϑ	λϑ	μϑ	νϑ	ξϑ	οϑ	ϖϑ	ϟϑ

100	200	300	400	500	600	700	800	900	1000
ρ	σ	τ	υ	φ	χ	ψ	ω	ϡ	ά